In duas villam ydoneam In novam erigens
civitatem et sedem episcopalem posuit In abbatia sancti petri
de ydoneis fructibus consequenter diocesis limitata.
¶ Item In episcopatu lemovicense aliud fecit ordinavit
episcopatum et sedem episcopalem instituit In abbatia tutellensi
novam ibidem erigens civitatem ¶ Item In episcopatu
petragoricense In villa de sarlato novum instituit episcopatum
novam erigens civitatem In abbatia instituit
novam sedem. ¶ Item In episcopatu claromontense
In villa sancti flori novam erigens civitatem
et similiter instituit novam sedem ¶ Item in
episcopatu Ruthenensi episcopatum aliud ordinavit et sedem episcopalem
eius posuit In abbatia ac villa de vabresio eandem
In novam erigens civitatem. ¶ Item In episcopatu
pictaviense duos episcopatus alios instituit
sedem propriam et diocesim novam cuilibet
assignando In abbatia sepiacensi et malleacensi
sedem esse instituit et malleacenses diocesis
appellatur In villa vero de lucionio in abbatia
sedem posuit et inde lucionenses diocesis vocatur
¶ Item In nonnullis villis et ecclesiis
caturcensis et albigensis et alibi fecit et
instituit collegiatas ecclesias canonicorum
secularium cum dignitatibus et prebendis congruis
redditibus singulis ecclesiis assignatis ¶ In
monte albano collegiatam ecclesiam instituit
cum preesset abbatus et tamen post canonice eius

Fragmentarium
License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 89v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/37099)